


Copia.

Conventio inter Moguntz et Palatz
de Eccl. [illegible] contracta de Anno 1247.

In nomine Domini nostri Jesu Christi noverint
universi, quod super Articulis de quibus inter
Venerabilem Patrem Dominum Sifridum Archi-
-episcopum Moguntinum ex parte una et
Nobilem Virum Dominum Ottonem Comitem Pa-
-latinum Rheni Bavariæ Ducem ex altera
discordia vertebatur, talis compositio interuenit
Jus advocatium super Ecclesiam Laurissensem
dictus Nobilis obtinebit in omni jure pariter
et honore quo illi prædecessores sui Comites
Palatini Rheni in hac tempore tenuerunt, nec
ei dictus Archiepiscopus aliquod impedimen-
-tum opponet, quo minus eo perfrui valeat,
pacifice et quiete et vice versa ipse Dux
Archiepiscopum in prediis possessionibus et
juribus aliis eiusdem Monasterij non impe-
-diet, illo modo in restaurationem etiam dap-
-norum que in destructione opidi Walehusen
Dux idem nosc[illegible]itur pertulisse Villam Secken-
-heim in qua memoratus Archiepiscopus
jus sibi asserit competere absque illo quer-
-rarum discrimine et contradictione quali-
-bet obtinebit, ita, quod si ostendere poterit
quod Archiepiscopo jus competit in eadem
tenebitur ei Archiepiscopus dampna que

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
LANDESARCHIV BADEN-WÜRTTEMBERG GENERALLANDESARCHIV KARLSRUHE
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Generallandesarchiv Karlsruhe
http://archivum-laureshamense-digital.de/view/gla_bestand_43_nr_791/0002